



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Medicus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

busdam nobilissimis viduis Nuncium Apostolicum denegasse licentiam contrahendi in Quadagesima. Aduerte autem hic primum cum Henricus apud Filliuccium 10.3. tr. 10. part. 2. cap. 4. num. 168. benedictionem secundarum nuptiarum, vbi fieri consuevit cum viduis, quorum alter benedictionem non suscepit in primis omitti posse sine mortali; quia talis consuetudo non est inducta cum tanto rigore. Imò Sorus in 4. dist. 28. quæst. 1. art. 2. probabiliter docuit, omittere benedictionem in primis nuptiis, secluso contemptu & scandalo, non esse mortale, quia est omisio tantum cuiusdam Sacramentalis non tanti momenti part. 3. tractat. 4. resolutione 65. Aduerte secundò, Pontium lib. 6. cap. 8. nu. 10. existimare, quòd sit peccatum mortale, traducere solemniiter sponsam in domum sponsi, & conuiuia facere in his temporibus: Sed Sanchez tom. 2. lib. 7. disputat. 7. num. 18. probabiliter docuit, non esse peccatum, vel, si sit aliquis excessus, esse tantum veniale: nam id obtinuit vsus, conuiuentibus Prælati part. 3. tractat. 4. resol. 202. in fine, Et 206.

43 Aduerte, quòd raptus, consentiente puella, parentibus iuictis non dirimit matrimonium. Cornejo, & alij. part. 10. tractat. 16. resolutione 84. Vide verb. Raptus.

MEDICVS.

Medicus in sua de a in firmo Confessione.

1 **M**edicus non potest infirmos visitare vltra tertium diem, si de illorum Confessione fidem non habeat à Confessario subscriptam. Vide verb. Confessionis, numero 15.

In applica do medica menta.

2 Medicus non potest omittere medicamentum certum, & applicare infirmo dubium. Vide verb. Optio, n. 5.

In vitanda occasione peccandi causa curationis.

3 Chirurgus expertus se, dum medetur pudendis sceminarum, in pollutionem consentire, non potest se tali periculo, sine peccato, committere. Vide verb. Periculu, n. 1. si verò abest periculù cõsensu, potest mederi. Vide verb. Polucio, n. 3. Summa Diuina.

4 Medicus, qui absque causa legitima concederet licentiam edendi carnes in vigilia contingente in die Veneris, an debeat in Confessione explicare hanc circumstantiam, vide verb. Circumstantia, num. 84.

Et in dicitur licetia carniu diebus prohibita.

MENDACIUM.

1 **M**endacium dicitur, verbu falsum cū intentione fallendi, est triplex perniciosum, officiosum, iocosum. Primum est, quod vergit in alterius detrimentum; secundum, quod potius in utilitatem; tertium quod nec detrimentum respicit, nec utilitatem. Omne mendacium est peccatum, & si accedit iuramentum, est periurium, de quo vide verb. Iuramentum. Quamuis enim, vbi diximus, liceat aliquando equiuocè respondere, at numquam licet mentiri. Circa obligationem rei & testium, dum interrogantur à iudice, de non mentiendo. Vide verb. Reus, & verb. Testes.

Mendaciu quid. Quotuplex

2 In mendacio commisso in confessione aut iudicio, Caietanus in 22. quæst. admittat 69. art. 1. non admitti paruitatem materia; quia, cum sit contra veritatem iudicij, in quantumvis parua materia erit mortale, sicut diximus de iuramento. Sed ego contrarium teneo cum Reginaldo rom. 2. lib. 24. cap. 1. sect. 4. n. 44. siue legis materia mendacij sit præcipua, de qua iudicatur, siue circumstantia; dummodo non vitiet absolutionem; vt diximus verb. Confessionis, num. 35. & non accedat iuramentum; quia alias gratis dicitur, in materia iudicij non posse esse leuitatem materia; part. 5. tract. 5. resol. 27. Et aliqui dicunt, non esse mortale narrare historiam aliquam Sacram cum leui aliqua mutatione. part. 10. tract. 16. resolutione 37.

An omne paruitatè materia.

3 An obijcienti falsum, vel occultum crimen liceat respondere, mentiris? vide verb. Compensare, num. 4.

Et licet aliquando respondere mentiris?